

**2286** [i]mp. Nerva Tra[ian.] pontif. max. | [Le]g. I Adi., [l]eg. XI C[l.]<sup>1</sup>

*Aquis (Baden), duo fragmenta (Brambach 1666 vedit alterum). — 1) Titulus videtur positus esse primis temporibus Traiani, cum legiones prima Adiutrix (cf. N. 2277) et undecima Claudia (cf. N. 2257 not. 1) etiamtum in Germania superiore tenderent.*

**2287** imp. Caes. M. Aurel. | Antonino Aug. pont. | max., tr. pot. XXIIII<sup>1</sup>, cos III, | vexillationes leg. II Piae | et III Concordiae<sup>2</sup>, ped. CC<sup>3</sup> | sub cura P. Aeli Amyntiani | 7 frumentari leg. II Traian.

*Salonis (III 4980 vedit Mommsen). Eiusdem lapidis alterum exemplum nuper prodiit (III p. 1050 cf. III S. 8570). — 1) A. 170. — 2) Legiones II Pia et III Concordia, nusquam praeterea sub his nominibus memoratae, sine dubio sunt duae institutae a M. Aurelio II et III Italicae (Dio 55, 24: ἀ ταῦτα Ιταλικὰ κέχθηται), neque ullus extat earum legionum titulus, qui hunc aetate supereret primitivave earum nomina prodat. Quibus locis eae legiones eo tempore steterint, ex hoc titulo non apparel, cum non nominet nisi vexillationes missas ad Salonas muniendas; steterunt tamen sine dubio in Pannonia occupatae in bello Marcomannico, quod eo ipso tempore vel maxime seruebat. Mommsenus l. l. Piae et Concordiae nomina novis legionibus videntur imposita ad significandam pietatem et concordiam fratrum imperatorum. — 3) Pedes ducentos. Ad eandem munitionem Salonarum spectant tituli cohortium primae et secundae Dalmatarum, infra editi inter titulos cohortium [= III 1979. 6374].*

**2288** nomina leg.

II Aug.	II Adiut. <sup>5</sup>	III Scyth.
VI Victr.	III Flav.	XVI Flav. <sup>10</sup>
XX Victr. <sup>1</sup>	VII Claud. <sup>6</sup>	VI Ferrat.
VIII Aug.	I Italic.	X Frete. <sup>11</sup>
5 XXII Prim. <sup>2</sup>	V Maced.	III Cyren. <sup>12</sup>
I Miner.	XI Claud. <sup>7</sup>	II Traian. <sup>13</sup>
XXX Ulp. <sup>3</sup>	XIII Gem. <sup>8</sup>	III Aug. <sup>14</sup>
I Adiut.	XII Fulm.	VII Gem. <sup>15</sup>
X Gem.	XV Apol. <sup>9</sup>	II Italic. <sup>16</sup>
10 XIII Gem. <sup>4</sup>	III Gallic. <sup>10</sup>	III Italic. <sup>17</sup>
I Parth. <sup>18</sup>	II Parth. <sup>19</sup>	III Parth. <sup>20</sup>

*Romae, columellae duo persimiles, quarum altera superest in museo Vaticano (VI 5492). — Enumerantur legiones, id quod vidit primus Borghezius ann. inst. arch. 1839 p. 176 = opp. 4 p. 260 ordine geographicō, id est ordine provinciarum, ubi castra habuerunt saec. p. Chr. II, principio facto a legionibus Britanniae; ita tamen, ut superiorum provinciarum legiones semper praemittantur legionibus inferiorum; solae secunda et tertia Italica, institutae a M. Aurelio, item tres Parthicae institutae a Severo, neglecto hoc ordine recensentur in fine. Id ipsum testimonio est, hunc elenchum, quamvis lapidi incisum non ante Severum, digestum esse aliquanto antea. — 1) Tres Britanniae legiones. — 2) Germaniae superioris. — 3) Germaniae inferioris. — 4) Pannoniae superioris. — 5) Pannoniae inferioris. — 6) Moesiae superioris. — 7) Moesiae inferioris. — 8) Daciarum. — 9) Cappadociae.*